Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift





unqꝫ filii israel ad dñm. Pongentes
eum iabin habebat falcatos curruis. et per annos
vehementer oppressit eos. Erat autem
debora prophetissa uxor lapidoth. que iudi
cabat populum in illo tempore. et sedebat sub
palma. que nominee illius vocabatur
inter rama et bethel in monte ephraim.
Ascendebantqꝫ ad eam filii israel in omne
iudicium. Que misit et vocauit barach
filium abinoem de cedes neptalim. dixitqꝫ
ad eum. Precepit tibi dñs deus israel.
Vade et duc exercitum in monte thabor.
Tollesqꝫ secum. x. milia pugnatorum
de filiis neptalim et de filiis zabulon.
Ego autem ducam adhuc. in loco torrentis
cison sisaram principem exercitus iabin.
et curruis eius. atqꝫ omnem multitudinem. et tradam eos in manu tua. Dixitqꝫ
ad eam barach. Si ueniis mecum. ua
dam. Si noluis uenire mecum. non
pergam. Que dixit ad eum. Ego quidem
veniam. sed hac uice tibi victoria no
reputabitur. quia in manu mulieris tra
detur sisara. Surrexit itaqꝫ debora et
perexit cum barach in cedes. Et accitis
zabulon et neptalim. ascendit ei. x.
milibz pugnatorum. habens deboram in
comitatu suo. Anneer autem cineus recesse
rat a ceteris filiis hobab. filius
socii moysi. et tetendit
tabernacula usqꝫ ad mallem que vo
catur sennim. et erat iuxta cedes.
Nuntiatumqꝫ est sisare. quod ascendisset
barach filius abinoem in montem
thabor. et congregauit omnes curruis
falcatos. omnemqꝫ exercitum de aroseth
gentium. ad torrentem cison. Dixitqꝫ
debora ad barach. Surge. hec est enim
dies in qua tradidit dominus sisaram
in manus tuas. en ipse est dux tuus.
Descendit itaqꝫ barach de monte thabor.
et. x. milia pugnatorum cum eo. Perturbauitqꝫ dominus sisaram. et omnes curruis
eius. innumerabilemqꝫ multitudinem in ore
gladii. ad aspectum barach. in fugam uer

sisara de curru desilies. pedibz fugit.
barach persequens fugientes curruis et
exercitum usqꝫ ad aroseth gentium. et omis
hostium multitudo usqꝫ ad mortem ce
cidit. Sisara autem fugiens pue
nit ad tentorium iahel uxoris ha
neer cineei. Erat enim pax inter iabin
regem asor et domum anneer cineei.
Egressa igitur iahel in occursum sisare.
dixitqꝫ ad eum. Intra ad me domine mi. intra
ne timeas. Qui ingressus tabernaculum ei.
et operuit ab ea pallio. dixit ad eam.
Da mihi obsecro paululum aque. quia
valde sitio. Que aperuit utrem lactis.
et dedit ei bibere. et operuit illum. Dixitqꝫ
sisara ad eam. Sta ante ostium tabernaculi. et cum venerit aliquis interroga
te. et dices. Numquid hic est aliquis. Respon
dis. Nullus est. Tulit itaqꝫ iahel uxor
anneer clauum tabernaculi. assumensque
pariter malleum. et egressa abscondit se
cum silentio. posuit sub tempore capi
tis eius clauum. percussumqꝫ malleo de
fixit in cerebrum usqꝫ ad terram. Qui
soporem morti secutus. defecit et mor
tuus est. Ecce barach sequens sisaram
veniebat. Egressaqꝫ iahel in occursum
eius. dixit ei. Veni et ostendam tibi vi
rum quem quaris. Qui cum intrasset
ad eam. invenit sisaram iacentem mor
tuum. et clauum in fixum in tempora
eius. Humiliauit igitur deus in die illo
iabin regem chanaan coram filiis israel.
qui crescebant cotidie. et forti man
oppimebat iabin regem chanaan. V.

Cecinerunqꝫ debora et barach fi
lius abinoem in die illo dicen
tes. Qui sponte obtulistis de is
rahel animas vestras ad periculum. benedic
te domino. Audite reges. auribz per
cipite principes. ego sum. ego sum. qui
domino canam. et psallam deo de is
rahel. Domine cum exires de seir. et
transires per regiones edom. terra mota
est. celique ac nubes distillauerunt aquas.